

Arminius narrat...

**Das Wunder des Lebens -
Miraculum vitae**

Sonderband 1

Text und Bilder Armin Maiwald

Übersetzt von Ulrich Krauß



Für die engagierte Unterstützung dieses Buchprojektes danke ich
folgenden Personen:

Francisca und Gaius Licoppe-Deraedt
Nikolaus Groß
Johannes Leigers
Uli Pröbsting
Hans Günter Schwarze und Bärbel Buers
Bernd Mollenhauer
Volker Rehmann

und ganz besonders Armin Maiwald

© Copyright des deutschen Originaltextes: Armin Maiwald, 2011

© Copyright der lateinischen Ausgabe: Verlag MundusLatinus, Ulrich Krauße, 2015
Alle Rechte vorbehalten

Bilder von Armin Maiwald
Umschlaggestaltung: Uli Pröbsting
Satz: Ulrich Krauße
Druck: Printed in Germany

ISBN 978-3-9813892-6-5

Das Werk, einschließlich seiner Teile, ist urheberrechtlich geschützt. Jede Verwertung ist ohne Zustimmung des Verlages und des Autors unzulässig. Dies gilt insbesondere für die elektronische oder sonstige Vervielfältigung, Übersetzung, Verbreitung und öffentliche Zugänglichmachung.



Miraculum vitae

Nuper per aream ante nostram Cathedralis Coloniensem ambulabam. Ibi semper magna turba hominum est. Permulti homines ibi sunt. Si ibi circumspectas, tum vides, quam diversus unusquisque sit.



Feminae et viri, adolescentes et senes, homines e terris alienis, homines cum diversis coloribus comae cutisque. Sed qualemcumque speciem aliquis habet vel undecumque aliquis venit, nobis omnibus eadem fabula mirabilis communis est, de qua hodie narrare volo.



nuper Adv. = *neulich*; **Cathedralis Coloniensis f.** = *Kölner Dom*; **diversus, -a, -um** = *verschieden*; **quam** = *wie sehr*; **circumspectare** = *umschauen*; **color comae m.** = *Haarfarbe*; **color cutis m.** = *Hautfarbe*; **qualiscumque** = *welches auch immer*; **species, -ei f.** = *Aussehen*; **vel** = *oder*; **undecumque** = *woher auch immer*; **eadem** = *dieselbe*; **mirabilis, -e** = *wunderbar*; **communis, -e** = *gemeinsam*



Arminius narrat ...

Haec fabula narrat, quomodo nos omnes in ventre matris nostrae ad infantem accrescamus, qui postea parietur.



infans in utero

Et haec femina, domina flava, Michaela est. Ea femina nos hac in re adiuvabit.



Michaela cum cane Wilma

Michaela vivit et laborat in urbe Colonia Agrippina.



Michaela laborans

venter, ventris m. = *Bauch*; **infans, infantis m.** = *Baby*; **accrescere** = *heranwachsen*; **natus (v. nasci)** = *geboren*; **flavus, -a, -um** = *blond*; **hac in re** = *in dieser Sache*; **adiuvare** = *helfen*; **Colonia Agrippina f.** = *Köln*; **vivere** = *leben*; **insula, -ae f.** = *Wohnhaus*; **tabulatum, -i n.** = *Stockwerk*; **scalae, -arum f.** = *Treppenstufen*; **domicilium, -i n.** = *Wohnung*; **maritus, -i m.** = *Ehemann*; **canis, -is m/f** = *Hund*; **laborans** = *bei der Arbeit*



Ea in hac insula vivit, in summo tabulato sub tecto. Sunt multae scalae usque ad portam domicilii.




Michaela in summo tabulato vivit

Sed ea non sola vivit, etiam maritus Sebastianus et canis Wilma adsunt.



Sebastianus maritus et canis Wilma

Michaela et Sebastianus libenter infantem accipere volebant, quod feliciter etiam contigit. Michaelam gravidam comitare et graviditatem eius observare nobis licebat. Nunc vobis ostendimus, quomodo infans in ventre eius accrescat et in fine pariatur.




infantem cupiunt

insula, -ae f. = Wohnhaus; **summus, -a, -um** = oberste, höchste; **tabulatum, -i n.** = Stockwerk; **scalae, -arum f.** = Treppenstufen; **domicilium, -i n.** = Wohnung; **maritus, -i m.** = Ehemann; **canis, -is m/f** = Hund; **libenter Adv.** = gerne; **accipere** = bekommen; **feliciter Adv.** = glücklicherweise; **contigit** = es gelang; **gravidus, -a, -um** = schwanger; **comitare** = begleiten; **graviditas, -atis f.** = Schwangerschaft; **observare** = beobachten; **ostendere** = zeigen; **in fine** = zum Schluß




Primo duae particulae minutissimae convenire debent, ut infans exoritur. Una particula a femina, altera particula a viro datur. Particula Michaelae 'ovum' nominatur. Sed ubi est hoc ovum in corpore Michaelae?



uterus cum duobus ovariis

In ventre suo Michaela uterum, musculum magnum et fortem, habet, ubi infans eius mox accrescet. Pars angusta uteri, 'cervix' nominata, est illa pars, quam infans postea, per partum, transire debet. In dextra et sinistra parte uteri 'tubae uterinae' sunt, quae ad dua ovaria ducunt. In




unum ovum in tuba uterina

finibus tubarum uterinarum fila sunt, quae 'fimbriae' nominantur et ovaria tangunt. Intra ovaria ova sunt. Ibi non solum unum aut duo ova sunt, sed permulta. Omni mense unum ovum maturescit et emittitur – invicem ab ovario dextro et sinistro.

particula, -ae f. = Teilchen; **minutissimus**, -a, -um = winzig; **exoriri** = entstehen; **ovum**, -i n. = Eizelle; **uterus**, -i m. = Gebärmutter; **musculus**, -i m. = Muskel; **accrescere** = heranwachsen; **angustus**, -a, -um = eng, schmal; **cervix**, cervicis f. = Gebärmutterhals; **partus**, -us m. = Geburt; **transire** = hindurchgehen; **tuba uterina** f. = Eileiter; **ovarium**, -i n. = Eierstock; **filum**, -i n. = Faden; **fimbriae**, f. pl. = Fransen; **tangere** = berühren; **maturescere** = reifen; **emittere** = losschicken, ausstoßen; **invicem** Adv. = abwechselnd




Semel in mense cutis externa ovarii se aperit et fimbriae tubae uterinae ovarium fricare incipiunt, quod eodem rhythmum sicut pulsus cordis feminae accidit. Ita fimbriae ut parvus acervus cellularum exsolvatur adiuvant. Medio in hoc acervo ovum ipsum est. Cellulae externa ovum defendunt et alunt. Hoc ovum, postquam ovarium relinquit, a fimbriis per tubam uterinam in directionem ad cavum uteri iacitur. Abhinc ovum fecundari potest – sed tantum intra quattuor et viginti (24) horas. Postea ovum e corpore emittitur et facultas proxima tum demum post quattuor septimanas erit. Haec erat pars feminina.



ovum in acervo cellularum

Nunc agitur de viro. Ut infans exoriatur, etiam particula a viro necesse est: Haec particula 'spermatozoidum' nominatur. Spermatozoidea in testibus creantur et per penem a viro in feminam pervenire possunt.



spermatozoidea in testibus creantur

semel Adv. = *einmal*; **mensis, -is m.** = *Monat*; **cutis externa f.** = *Außenhaut*; **fricare** = *reiben*; **rhythmus, -i m.** = *Rhythmus*; **pulsus cordis m.** = *Herzschlag*; **acervus cellularum m.** = *Zellhaufen*; **exsolvere** = *herauslösen*; **directio, -onis f.** = *Richtung*; **cavum uteri n.** = *Gebärmutterhöhle*; **icitur** (von *icere* = *schubsen*); **fecundari** = *befruchtet werden*; **proximus, -a, -um** = *nächste*; **facultas, -atis f.** = *Möglichkeit*; **tum demum** = *dann erst*; **septimana, -ae f.** = *Woche*; **spermatozoidum, -i n.** = *Spermium, Samenzelle*; **testes, -ium m. pl.** = *Hoden*; **penis, -is m.** = *Penis, Glied*; **creare** = *im Passiv: entstehen*



Arminius narrat ...

Spermatozoidum talem speciem habet: capitulum habet atque caudam, qua vehementissime ultro citroque ferire et ita se movere potest: terna millimetra singulis secundis.




unum spermatozoidum

In testibus nonnulla decies centena milia sunt. Et signum expectant, ut iter usque ad ovum incipiant.



permulta spermatozoida

Ut unum e spermatozoidis ad ovum perveniat, Michaela et Sebastianus concumbere debent. Ita spermatozoida signum accipiunt et fere quingenties centena milia spermatozoidorum iter facere incipiunt. Curriculum coepit, quod solum unum spermatozoidum, si modo, vincet.




curriculum spermiorum

talis, **-e** = ein solches, so; **species, speciei f.** = Aussehen; **capitulum, -i n.** = Köpfchen; **cauda, -ae f.** = Schwanz; **ultro citroque Adv.** = hin und her; **ferire** = schlagen; **terni, ternae, terna** = je drei; **millimetrum -i n.** = Millimeter; **singulis secundis** = pro Sekunde; **nonnulli, -ae, -a** = einige; **decies centena milia** = 1 Million; **iter, itineris n.** = Reise; **pervenire** = gelangen; **concumbere** = miteinander schlafen; **fere Adv.** = fast, ungefähr; **quingenties centena milia** = 50 Millionen; **curriculum, -i n.** = Wettlauf, Wettrennen; **si modo** = wenn überhaupt




Nam spermatozoidis in corpus Michaelae pervenientibus primum impedimentum obstat: stratum protectivum acidum, quod corpus feminae a morbis et bacteriis defendit. Hoc autem stratum protectivum statim nonnulla decies centena milia spermatozoidorum necat, sed spermatozoida superviventia natate pergunt. Unde autem spermatozoida sciunt, ubi ovum sit?



pleraque spermatozoida in curriculo pereunt

Ovum odorem chemicum, quem spermatozoida animadvertere possint, emittere putatur. Michaela et Sebastianus nihil de hoc curriculo animadvertunt. Nocte in lecto iacent et quiete dormiunt. Num fecundatio bene eveniat necne, citissime post duas aut tres septimanas sciunt.



spermatozoida ovum quaerentia

pervenire = *gelangen*; **impedimentum, -i n.** = *Hindernis*; **obstare** = *im Weg stehen*; **stratum protectivum acidum n.** = *Säure-Schutzschicht*; **decies centena milia** = *1 Million*; **bacterium, -i n.** = *Bakterie*; **morbus, -i m.** = *Krankheit*; **superviventia** = *überlebende*; **natate** = *schwimmen*; **pergere** = *weitermachen*; **odor, odoris m.** = *Geruch*; **chemicus, -a, -um** = *chemisch*; **animadvertere** = *wahrnehmen*; **curriculum, -i n.** = *Wettlauf*; **lectus, -i m.** = *Bett*; **num** = *ob*; **fecundatio, -onis f.** = *Befruchtung*; **bene evenire** = *gut ausgehen*; **necne** = *oder nicht*; **citissime Adv.** = *frühestens*; **septimana, -ae f.** = *Woche*; **scire** = *wissen*; **plerique, pleraeque, pleraque** = *die meisten*